

nomini relictiis ollis Ægyptiacis et carnis voluptatibus invenitur aut sapit utrumque. Quarto, infidelibus et avaris in verem et iudicium vertitur utrumque. Quinto, manna non datum est nisi post transitum maris: Eucharistia non datur nisi post baptismum. Sexto, post manna Hebræi cum Amalec pugnârunt, cum ante solus pro eis Deus pugnâset contra Ægyptios; pugnârunt, inquam, et vicerunt; sic vitæ celestis impedimenta et tentationes, quas nonnisi solidioribus objci patitur Deus, Eucharistiæ virtute superantur. Quare S. Bern. serm. de Baptismo in cœnâ Domini habito, ait: *Duo illud Sacramentum operatur in nobis, ut videlicet et sensum minuat in minimis, et in gravioribus peccatis tollat omnino consensum. Si quis vestrum non tam sæpè modo, non tam acerbo sentit iracundie motus, invidia, luxuria, etc., gratias agat corpori et sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo.* Et S. Cyrillus lib. 4 in Joan. c. 17: *Eucharistia, inquit, sedat, cum in nobis maneat Christus, sævientem membrorum nostrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi castigat, nec in quibus peccatis simus considerat, sed ægrotos curat, collisios redintegrat, et sicut pastor bonus, qui animam suam pro ovibus posuit, ab omni nos erigit casu.* Septimo, manna panis erat absque semine, absque aratione, aut alio humano opere, ab angelis factus; sic Christi corpus ex solâ Virgine et Spiritûs sancti irrotatione natum est. Octavo, manna Hebræis omnem saporis varietatem dabat. Unde Sapient. 16, dicitur de manna: *Angelorum esca nutritiis populum tuum; et paratum panem de celo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem et omnem saporis suavitatem; ita et Christus parvulis est lac, infantibus olus, perfectis solidus cibus, ait Nyssen. Et S. Cyrilianus tract. de Cœnâ Domini: Hic, inquit, panis omnium carnalium saporum irritamenta, et omnium exasperat dulcedinum voluptates. Vide, quomodo his qui Christi commemorant passionem intra sacra officia, quasi per quosdam canales, de interioribus fontibus egrediantur torrentes, et super omnes delicias lacrymis nectareis anima delectatur; quantum suavitatem animæ inquirenti ubi sit Deus suus, suspiria contemplationis eliciant. Unde sequitur, inquit, ut deinceps peccatorum pocula horreat, et omnis sapor delectamentorum carnalium sit ei quasi rancidum, radesque palatum acuta mordacitas acutum. Inde sequitur mentis jubilus et ebrietas, ut Christus, inquit, ferat in pectore, ipsum gerat in mente, et omni tempore habitatori suo dicta et facta jubilatioe consonâ laudes resonent, et gratularum actiones decantent. Hæc ebrietas non accendit, sed extinguit peccatum. Cum soporâ obiviro cuncta carnis ludibria, mira sunt que sentit, magna que videt, inaudita que loquitur. Chrysost. hom. 24, in 1 ad Corinth. : *Hæc mensa, inquit, animæ nostra vis est, nervi mentis, fiducie vinculum, spes, salus, lux, vita nostra.* Nonò, manna erat minutum; Christus parvâ hostiâ est circumscriptus. Decimo, manna pilo tusum fuit; Christus pilo crucis mortaliæ exutus est. Undecimo, fideles admirabundi manna? quid hoc ut nobiscum sit Deus? exclamant. Duo-*

decimo, omnes de manna æqualem mensuram, nimiam gomor unum, colligebant: sic totum Christum æqualiter omnes recipiunt, etsi species, sive hostia major sit aut minor. Ita Rupertus. Decimo tertio, sex diebus tantum colligebatur in deserto manna; sic in sabbato æternitatis et in terrâ promissionis velamen sacramenti cessabit, Christo que ad faciem in summâ quiete perfruemur. Decimo quarto, sole liquebat manna; sic resolutis calore speciebus Sacramentum dissolvitur. Denique S. Ambros., serm. 5, per manna putat figuratam fuisse B. Virginem; hæc est enim mater misericordiæ, vita, dulcedo et spes nostra.

Tropol. manna significat consolationes spirituales dulcissimas que percipiuntur in rerum celestium contemplatione, et in victoriâ tentationum et concupiscentiarum, de quibus dicitur psalm. 50, 20: *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te!* et Apoc. 2, v. 17: *Vincenti dabo manna absconditum.* Est enim hæc consolatio prælidium et prægustus quidam æternæ beatitudinis. Hoc manna non datur, nisi exenti ex Ægypto, et ollas carnum relinquenti, ac vinceti suis concupiscentias; vinceti enim promittitur à S. Joanne, et à Christo Domino. Unde solet secturæ consolationis tentatio præcedens esse signum; nam tentatione probatis celestis promittitur consolatio. Experientiâ constat neminem heroicè vincere aliquam tentationem, infirmitatem, contemptum sui, concupiscentiam, curiositatem, morbum, tedium, etc., quin mox sentiat miram animi voluptatem et gaudium; quod longè tristitiam adversam, æquè ac delicias concupiscentiæ superat. Experiatur quisque in seipso, et sentient ita esse.

Ita S. Joannes, qui Theodosio imp. victoriam contra tyrannos prædixit, seipso abnegato et sui oblitus, scrutabatur celestia, uni Deo assistens, cum eo versans, eumque assiduis hymnis celebrans, ut in celo esse videretur. Unde ipse de se loquens apud Palladium in Lausiaca, cap. 46: *Novi, inquit, ego hominem in solitudine, qui decem annos cibi terreni nihil gustavit, sed et angelus tertio quoque die celestem cibum ad eum afferbat (en manna) et ei in os inficiebat; isque erat ei instar cibi et potûs.* Rursùm Palladius de alio Joanne c. 16, ita scribit: *Joannes primùm stans tres annos sub quiddam rupe, orans perpetuò, non sedens omnino, non dormiens, nisi quantum somni stans suffurabatur; et Dominicè solum sumens Eucharistiam (en manna) afferente ei presbytero, nihil aliud comedebat.* Et c. 58, abbas Anuph. de se ait: *Ex quo Servatoris nomen professus sum, humani cibi nihil sumpsi, alente me quotidid angelo; nullus alterius cupiditas in cor meum ascendit, præterquam Dei; nihil ex rebus terrenis occultavit mihi Deus; omnem petitionem à Deo accepi. Vidi sæpè assistentes Deo myriades; vidi choros iustorum, vidi martyrum congeriem Deum laudantium; vidi justos latentes in æternum.* Hoc et multa alia narrans, tertio die tradidit animam Deo: quam abbas Paulus ejusque socii viderunt ab angelis hymnos canentibus, atque à martyribus in celum sustolli.

Anagog. manna significat ambrosiam beatorum, et inenarrabilem eorum in oculis felicitatem, jucunditatem, gaudium et dulcedinem. Gloriosa enim dicta sunt de te, ô civitas Dei, sicut letantium omnium habitatio est in te. Ibi, inquit S. Gregor. in psal. 7 Pœnit., *est lux sine defectu, gaudium sine genuit, desiderium sine pœnit, amor sine tristitiâ, satiætas sine fastidio, sospitus sine vitio, vita sine morte, salus sine languore.* Perfecta viget in omnibus charitas, una omnium lætitiâ, una jucunditas. Et S. Aug.: *In civitate Dei, ait, rex est veritus, lex charitas, dignitas æquitas, pax felicitas, vita*

CAPUT XVII.

1. Igitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin per mansiones suas, juxta sermonem Domini, castrametati sunt in Raphidim, ubi non erat aqua ad bibendum populo.

2. Qui jurgatus contra Moysen, ait: Da nobis aquam, ut bibamus. Quibus respondit Moyses: Quid jurgamini contra me? cur tentatis Dominum?

3. Sitiit ergo ibi populus præ aquæ penuriâ, et murmuravit contra Moysen, dicens: Cur fecisti nos exire de Ægypto, ut occideres nos, et liberos nostros, ac jumenta siti?

4. Clamavit autem Moyses ad Dominum, dicens: Quid faciam populo huic? adhuc paululum, et lapidabit me.

5. Et ait Dominus ad Moysen: Antecede populum, et sume tecum de senioribus Israel; et virgam quâ percussisti fluvium, tolle in manu tuâ, et vade.

6. En ego stabo ibi coram te, supra petram Horeb: percutesque petram, et exibit ex eâ aqua, ut bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israel;

7. Et vocavit nomen loci illius, tentatio, propter jurgium filiorum Israel, et quia tentaverunt Dominum dicentes: Estne Dominus in nobis, an non?

8. Venit autem Amalec, et pugnabat contra Israel in Raphidim.

9. Dixitque Moyses ad Josue: Elige viros, et egressus pugna contra Amalec; cras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu meâ.

10. Fecit Josue ut locutus erat Moyses, et pugnavit contra Amalec; Moyses autem, et Aaron, et Hur ascenderunt super verticem collis.

11. Cumque levaret Moyses manus, vincebat Israel; sin autem paululum remisisset, superabat Amalec.

12. Manus autem Moysi erant graves: sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit; Aaron autem et Hur sustentabant manus ejus ex utraque parte. Et factum est ut manus illius non lassarentur usque ad occasum solis.

13. Fugavitque Josue Amalec et populum ejus in ore gladii.

14. Dixit autem Dominus ad Moysen: Scribe hoc

æternitas. Et S. Bernard. de Premio patr. celest.: *Premium est videre Deum, vivere cum Deo, vivere de Deo, esse cum Deo, esse in Deo, qui erit omnia in omnibus. Et ubi est summum bonum, ibi est summa felicitas, summa jucunditas, vita libertas, perfecta charitas, æterna securitas, et secuta æternitas; ibi est vera lætitiâ, plena scientiâ, omnis pulchritudo et omnis beatitudo. Ibi est pax, pietas, bonitas, lux, virtus, honestas, gaudia, dulcedo, vita perennis, gloria, laus, requies, amor, et dulcis concordia.*

CHAPITRE XVII.

1. Tous les enfans d'Israël étant partis du désert de Sin, et ayant demeuré dans les lieux que le Seigneur leur avait marqués, ils campèrent à Raphidim, où il ne se trouva point d'eau à boire pour le peuple.

2. Alors ils murmurèrent de nouveau contre Moïse, et lui dirent: Donne-nous de l'eau pour boire. Et Moïse leur répondit: Pourquoi murmurez-vous contre moi? Pourquoi tentez-vous le Seigneur? et pourquoi doutez-vous de sa puissance et de sa bonté? et vous en a donnez des preuves si éclatantes!

3. Le peuple se trouvant donc en ce lieu, pressé de la soif, et sans eau pour le soulager, il écouta plaintes remontrances, et murmura encore davantage contre Moïse, en disant: Pourquoi nous avez-vous fait sortir de l'Égypte, pour nous faire mourir de soif, nous et nos enfans et nos troupeaux?

4. Moïse cria alors au Seigneur, et lui dit: Que ferai-je à ce peuple? il s'en faut peu qu'il ne me lapide.

5. Le Seigneur dit à Moïse: Marche devant le peuple, menez avec vous les anciens d'Israël; prenez en votre main la verge dont vous avez frappé le fleuve du Nil en Égypte, lorsque vous en avez changé les eaux en sang; et allez jusqu'à la pierre et Horeb.

6. Je me trouverai là moi-même présent devant vous; vous frapperez la pierre que je vous indiqueraï, et il en sortira de l'eau, afin que le peuple ait à boire. Moïse fit devant les anciens d'Israël ce que le Seigneur lui avait ordonné.

7. Et il appela ce lieu la tentation, à cause du murmure des enfans d'Israël, et parce qu'ils tentèrent là le Seigneur, en disant: Le Seigneur est-il au milieu de nous, ou n'y est-il pas?

8. Cependant Amalec, dont les terres n'étaient pas éloignées, craignant qu'elles ne fussent ravagées par ce peuple qui errait dans le désert, vint à Raphidim, pour combattre contre Israël, et l'empêcher d'aller plus loin.

9. Alors Moïse dit à Josué: Choisissez des hommes de cœur, et allez combattre contre Amalec; je me tiendrai demain sur le haut de la colline, implorant pour vous le secours du Seigneur, et ayant en main la verge de Dieu, avec laquelle nous avons opéré tant de merveilles.

10. Josué fit ce que Moïse lui avait dit, et il combattit contre Amalec; mais Moïse, Aaron et Hur montèrent sur le haut de la colline.

11. Et lorsque Moïse tenait les mains élevées vers le ciel, Israël était victorieux; mais lorsqu'il les abaissait un peu, Amalec avait l'avantage.

12. Cependant les mains de Moïse étaient lassées et appesanties: c'est pourquoi ils prirent une pierre, et l'ayant mise sous lui, il s'y assit; et Aaron et Hur, se tenant debout, lui soutenaient les mains des deux côtés. Ainsi ses mains ne se lassèrent point jusqu'à coucher du soleil, et donnèrent le temps à Josué de défaire les Amalécites.

13. Josué mit donc en fuite Amalec, et fit passer son peuple au fil de l'épée.

14. Alors le Seigneur dit à Moïse: Écrivez ceci dans un livre, afin que ce soit un monument pour l'avenir,

ob monumentum in libro, et trade auribus Josue; delebo enim memoriam Amalec sub celo.

15. Edificavitque Moyses altare; et vocavit nomen ejus: Dominus exaltatio mea, dicens:

16. Quia manus solli Domini, et bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationem.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — PER MANSIONES SUAS. Hebr. *per suas protectiones*, vel *itineraria*, id est, terminos itinerum, hoc est, mansiones sive stationes, quæ in deserto universim fuerunt 42. eaque omnes ordine recensentur Num. 35; nam aliqui totâ Exodo, Numeris (exemplo cap. 35) et Deuteronomio, tantum numerantur quindecim mansiones; Mosi enim non fuit animus in historiâ sua eas omnes enumerare, sed eas tantum quæ aliquo casu vel gesta fuerunt memorabiles. Sic omittit hic duas mansiones, scilicet enoniam, quæ fuit in Bapheca, et decimam, quæ fuit in Alus; nam undecima fuit in Raphidim, de qua hic sequitur. Has ergo duas fuisse interjectas, easque hic omittit insinuat Moyses, cum ait eos per mansiones suas venisse in Raphidim.

JUXTA SERMONEM DOMINI. Hebraicè, *juxta os Domini*, indicantis scilicet non voce sonora, sed motu columnæ nubis, quando et quò movenda essent castra. Id patet Exodi ult. in fine, et Numer. 9. 18, ubi Hebraei ad imperium Domini, vel, ut Hebraicè est, ad os Domini, profecti decedunt, quia ad motum columnæ proficiscebantur, ut ibidem explicatur.

CASTRAMENTATI SUNT IN RAPHDIM. Undecima hanc mansio fuit juxta montem Sinai, in qua petra dedit aquas, et victus est Amalec; hic locus dicitur quoque est Massa, id est, tentatio, ex tentatione et murmure Hebræorum, v. 7.

VERS. 2. — CUR TENTASTI DOMINUM? cur diffisi de Dei protectione et ope, quam toties experti estis, rursum per miraculum discere vultis sine Deo in vobis? ut patet v. 7, q. d.: Non murmurando, sed orando, et firmiter sperando in Deum, ab eo eam humilitate poscite aquas; nec dubitate quin ipse de more succurreret sibi vestre.

VERS. 5. — SUME VIRGAM, QUÆ PERCESSISTI FLUVIUM per manum fratris tui Aaronis, cum fluvium Nilum vertit in sanguinem, c. 7, vers. 20. Ita S. August., q. 64. Alii per fluvium intelligunt mare Rubrum, quod Moyses virgâ suâ divisit. Verum mare non est fluvius.

VERS. 6. — EN EGO STABO IBI CORAM TE SUPRA PETRAM HOREB. Stabo, scilicet in columnâ nubis quam deligam supra petram Horeb, q. d.: Ego ero præsens per columnam nubis, atque educam aquas ex petra Horeb, ut ex his bibat populus sitiens, itaque cesset à murmure. Septuag. vertunt: Ego sto præsequens tu, vel antequam tu venias. Hebræam enim *tephanecha* verti potest tam ante te quam coram te, q. d.: Antequam tu venias ad petram, ego jam ibi consisto paratus ad tuam opem, et ad miraculum, ut scilicet ex hac vobis aquam educam.

PETRAM HOREB. Horeb est Sinai; erat ergo petra

et faites-le entendre à Josué, afin qu'il le fasse entendre lui-même à ses successeurs: car j'en ai écrit la mémoire d'Amalec de dessus le ciel, en punition de l'iniquité qu'il a faite avec vous, lorsque vous étiez dans le désert.

15. Moïse dressa là un autel qu'il appela de ce nom, le Seigneur est ma gloire: car, dit-il,

16. La main du Seigneur s'éleva de son trône contre Amalec, et le Seigneur lui fera la guerre par les mains de son peuple, dans la suite de toutes les races.

hæc in deserto Sinai, unde dicitur petra Horeb, vel Sinai; erat tamen eadem vicinior Raphidim, quam monti Sinai; nam in Raphidim hæc contigerunt, ut patet v. sequenti; necdum enim pervenerant Hebræi ad montem Horeb, vel Sinai, sed eo pervenerunt mansione seq., quæ fuit duodecima; illa enim fuit in Sinai.

ET EXIBIT EX EA AQUA. Petram hanc adhuc perdurare et assidue fundere aquas tradunt cosmographi, inquit Abul., de quo plura Num. 20, v. 8 et 11; imò addit Abulens. in Num. c. 20, quæst. 5, Arabiam ex hæc aqua et petra Mosis pervenire, factam esse habitabilem, cum antea ob nimiam siccitatem esset inhabitabilis. Idem censet Gaspar Sanchez in Isaie c. 48, n. 28.

Allegor. petra est Christus, 1 Cor. 10, 4; virga percussus petram est crux, quâ percussus Christus vulneratusque aquam, id est, sanguinem pro nobis dedit, et in Eucharistia omnibus bibendam reliquit. Ita Theodor. Et S. Ambros., lib. 5 de Sacramentis, cap. 1: Vide, ait, mysterium: Moses, hoc est Propheta; virga, hoc est Verbum Dei; sacerdos vero Dei tangit petram et fluit aqua, et bibit populus Dei. Tangit ergo sacerdos calicem, rebandat aqua in calice, et salt in vitam æternam, et bibit populus Dei, qui gratiam Dei consecutus est. Secundo, Tertull. lib. de Baptism. c. 9, per aquam intelligit baptismum, cujus virtus manat ex cruce Christi. Tertio, Isidorus et Rupert. per aquam intelligunt gratiam et Spiritum sanctam, ejusque dona.

Pulchrè de hæc petra mysticè S. Bernardus, serm. 61 in Cant. ad illud Cant. 2: Columba mea in foraminibus petre, in cavernis maceræ: Hoc, inquit, audit sponsa, quod in Christi vulneribus totâ devotione versetur, et jugi meditatione demoretur in illis. Inde martyrii tolerantia, inde illi magna fiducia apud Deum: non est quod vereatur martyr exanguem nudaque levare ad eum faciem, cujus favore sanatus est; emittitur sua non sentit vulnera, dum illius intuebatur: stat martyr tripudians et triumphans, toto licet lacero corpore; et ridente latera ferro non modo fortiter, sed et alacriter sacrum è carne suâ circumspici debulire cœtuere. Ubi ergo tunc anima martyris? nempe in tuto, nempe in petra, nempe in viscibus Jesu. In petra habitans, quid mirum, si in modum petre duraverit? neque hoc facit stupor, sed amor; substituit enim sensus, non amittitur: nec deest dolor, sed superatur, sed contemnitur. Ergo ex petra est martyris fortitudo, jucunda non minus imperatori spectanti quam militi triumphanti. Idem Bernard. serm. 66 inter parvos: Quod, inquit, de ipso fonte virtutis (id est, de spiritu Dei) hauriantur aquæ præ-

sidi in tormentis, ostendunt et illi tres pueri in fornacis ardenti incendio positi, quibus ipsa flamma refriguit; et præcipue inclius ille martyr Vincentius, qui cum graviter torqueretur, non solum tolerasse, sed etiam tormentum suum constanter provocasse scribit, his verbis: In surge et toto malignitatis spiritu debacchare; vobis me Dei virtute plus posse diu torquere quam possis ipse qui torques.

VERS. 7. — ET VOCAVIT NOMEN LOCI ILLIUS TENTATIO. Hebr. vocavit nomen loci illius, massa umeriba, id est, tentatio et contentio, sive jurgium. Hujus ingratitude Hebræorum pariter ac loci crebra est mentio in Script. ostendens quantum ea Deo displicerit, ut Deut. 6, 16; ps. 77, 15; ps. 98, 8; et ps. 105, 14. Porro hæc non est aqua contradictionis, de qua Num. 35; illa enim post transitum Sinai in 35 mansione apud Cades fuit.

VERS. 8. — VENIT AUTEM AMALEC, ET PUGNABAT CONTRA ISRAEL IN RAPHDIM. Amalec, id est, Amalecitate, quorum rex vel princeps dicebatur Amalec; quia progredus erat ex Amalec, filio Eliphaz, et nepote Esau, Genes. 36, 16; sicut reges Egypti dicti sunt Ptolomæi, à primo rege Ptolomæo, Lagi filio. Amalecitarum regio fuit in deserto, ad meridiem Judææ, trans Petram urbem omnibus Asiæ, ait S. Hier. in Locis Hebraicis. Causa belli Amalec videtur fuisse antiquum et paternum odium Esau et posterorum ejus contra Jacob ejusque posteros, ob præcepta sibi suisque progenita, et ob præceptum patris beneficiorum. Timebant enim sibi Amalecitate à tanto exercitu Jacobeorum, verebanturque ne jam impleteret illa beneficium quam Jacob fratri suo Esau parenti ipsorum eripuerat, Genes. 27, 29. Videbant enim Jacobos cum tantâ armatorum manu ad terram promissam tendere, occurrunt ergo illis, ut transitum eorum impediant belloque rem decernant.

Tropel. Amalec hebraicè idem est quod populus lingens: hic primò occurrit Israeli, quia iis qui ex carne et mundo ad Deum egrediuntur, primi hostes occurrunt carnis illecebæ et blandimenta; ab his enim primæ oriuntur tentationes, cum quibus omnibus cum Josue, id est, cum Jesu Christo, ejus et sanctorum abstinentiam et continentiam intendo, atque cum eo reipsa carnem macerando, corporis castigatione et mortificatione pugnandum est: cuius verò oratione certandum est, quam sustineat montanus Aaron (Aaron hebraicè montanus significat) id est, Christus, et heros Hur, id est, robor Spiritus sancti. Ita Rupert. et S. Gregor. lib. 6 in lib. Regum, c. 2.

VERS. 11. — QUÆQUE LEVAVIT MOYSES MANUS, VINCEBAT ISRAEL: SIBI AUTEM PAULULUM REMISSET, SUPERABAT AMALEC. Hoc symbolo significabat Deus Hebræis victoriam hæc non in bellis suorum turbæ, sed Deo in oculis habitanti tribuendam esse: idem enim in celum manus porrigebat Moyses, ut Deum victoriæ datorem invocaret. Stabat, ait S. Chrysost. homil. de Mose (si tamen is est auctor tam latini sermonis) Moses in monte proximus iam celo, iam vicinus sideribus. Et quando

eum sublimitas montis extulerat, tantò oratio Deo proximum exhibebat. Oratio in ultionem inimici dirigitur, cuius scelera jam interitum provocabant, etc. Quis enim justorum non orando pugnavit? Quis hostem non orando deridit? Orationibus Daniæ visa panduntur, sopiantur flammæ, seræ hebescent, cadunt hostes, inimici vincuntur. Licet colloqui cum Deo orando, licet cum eo salulari cion velis, licet precibus mercari quod optas. Et quamvis vocem ejus audire non possis, tamen diu id quod petis accipis, colloqui tecum etsi non verbis, tamen beneficiis dignatur.

Secundò, voluit hoc symbolo Deus significare vim orationis. Nam oratio, inquit S. Aug., orati est præsidium, Deo sacrificium, demoni flagellum. Elevatio enim manuum contentionem orationis, remissio manuum remissionem orationis adumbrabat. Et verò Moses vegetus et alacer elevans manus, cum iis pariter et mentem elevabat et intendebat in Deum; cum verò lassus et fessus remittebat manus, cum iis pariter remittebat animum et orationem. Cur orantes leviter manus septem causas assignavi I Timoth. 2, 8. Videtur autem Moses levasse et extendisse manus junctas, ita ut vola una alteram, quâ virgam tenebat, complecteretur; nec enim virgam, utpole pastoriam et grandem, unicâ manu tamdiu in altum elevatam tenere potuisset. Virga hæc significabat crucem Christi; unde Patres docent Mosem hic crucis Jesu habitum et tyrum gessisse. Ita Tertull. lib. 3 contra Marcion. c. 18; Cyril. in Collectâ, cap. 16; Cypr. lib. 2 Testim. 21; Justin. contra Triphon. post medium; Prosp. 1 p. Prædic. c. ult. Denique de hæc oratione et victoriâ Moysi, pulchram habet homiliam S. Chrysost. serm. de Mose tom. 1.

Mosis exemplum secutus est S. Gregorius Thaumaturgus, episcopus Neocaesarensis. Serviente enim persecutione, ipse pro suis civibus et martyribus cum tyranno depugnans oraturus, in montem cum diacono ascendit, ibique extensis manibus oratur: insecuti sunt eos persecutores; sed eos videntes non agnovērunt: putarunt enim se non duos homines, sed duas arbores videre. Testis est Nyssenus in ejus vitâ, qui post hæc subdit dicens: Sicut Moses, cum procul abisset ab acie Amalecitarum, per orationem popularibus vires contra hostes injecti; ita ille (Gregorius) quasi animi oculis intueretur ea quæ fiebant, divinum auxilium pro iis qui nomine fidei decedebant, invocabat. Narrat deinde orationis fructum, ejusque illustre exemplum: Cumque, inquit, aliquando Deum precaretur, repente angore percelli, et veluti sono quodam ad aures ejus perlingente, aures admovere videbatur: at postquam ita nullo tempore erectus et innotus permanisset, deinde quasi propositum spectaculum hominum eorum habuisset, ad statum pristinum rediit, et clarâ voce Deum pro victoriâ laudavit, dicens: Benedictus Deus, qui non dedit nos prædam dentibus eorum. Cumque familiares rogarent quid videret, dixit magnam se in illâ horâ videret ruinam, diaboli ad adolescente quodam nobili, in certaminibus pro pietate susceptis devicto. Adjecit et nomen, Trodidum cum nominans; et quæd post nulla tor-

menta, quae fortiter tolerasset, martyrii coronâ redimitus esset. Obstupefactus his auditis discipulis, cum deinde in urbem percessisset, rem prorsus eodem momento et modo, quo narraverat Gregorius, evenisse comperit.

Symbolicè, Moses hic typus fuit vite contemplativae, Josue activae; quodque haec ab illâ dirigit, omnemque suam vim et energiam, ac victoriam contra passiones, cunctosque hostes trahere et haurire debeat: sic enim Josue vires pugnandi et vincendi hausit ab oratione Mosi. In vitis Patrum lib. 7, c. 18, simile datur schema in duobus sanctis monachis, quorum unus erat Arsenius solitarius, lacrimans et contemplativus: alter Moses familiaris, benignus et beneficus in omnes. Cùmque quidam Deum rogaret ut sibi revelaret uter esset sanctior et perfectior: *Ecce in extasi duas illi vires per fluvium ostensas sunt, et in unâ quidem vidit Spiritum sanctum cum silentio et requie, unâ cum abbate Arsenio navigantem: in alterâ verò navi vidit abbatem Mosem et angelos Dei, mel et favum in os ei in dentes ejus inserentes.*

VERS. 12. — MANUS AUTEM MOYSI ERANT GRAVES. Manus Mosi utpote senescentis tum per se erant graves, tum extensione diuturnâ in altum lassatae degenerabant: idcò Mosen super lapidem sedere fecerunt, ejusque manus sustentarunt Aaron et Hur; non dum quin et hi cum Mose precante peccati sint. Josephus hunc Hur tradit fuisse maritum Maris sororis Mosi; sed Scriptura magis inuit Mariam virginem fuisse quàm nuptam, ut dixi c. 15, 20.

ET FACTUM EST ET MANUS ILLIUS NON LASSABENTUR USQUE AD OCCASUM SOLIS. Hebraicè est, *fuit manibus ejus firmis sive stabilitis*, id est, ut Chald., *fuert manus ejus firmiter extensa in oratione*, quia, ut Septuaginta vertunt, *fuert manus ejus sustentata*, scilicet ab Aaron et Hur.

Symbolicè, Philo: *Homini, inquit, mali actiones subventanae levesque sunt; Mosi vero, id est, sapientis, graves sunt et inconcusae, ideòque fulciantur ab Arone, id est, à ratione, et ab Hur, id est, à lumine, hoc est, à veritate; quasi dicat: Sapientis actiones fulciantur ratione et veritate, praesertim eâ quâ attentè considerat res divinas et aeternas.*

Addit Philo, non naturâ, sed prodigio immissam fuisse manibus Mosi nunc levitatem, nunc gravitatem, additque: *Quoties, inquit, degenerabant manus Mosi, praevalerat hostilis acies, Deo significante quòd alterorum propria hereditas sit terra, mundi pars infima; alterorum ether sacratissimus: et sicut in rerum universitate caelum est terrâ potius, sic etiam populum suum bello superatarum adversam aciem. Denique concludit: Cùm igitur aliquantisper manus bilancis in morem, nunc sursum tollerentur, nunc deorsum vergerent, certeturque Marte dubio; tandem repente velut pennas habentes pro digitis, sublata volabant per aera manentes in sublimi, donec Hebraeis certa victoria contigit, hostibus intereactione delatis. Verùm haec non satis consonant narrationi S. Scripturae, quod miraculo, sed per Aaron et Hur manus Mosi sustentatas fuisse assertit.*

VERS. 13. — FUGAVITQUE JOSUE AMALEC, ET POPU-

LUM EJUS, IN ORE GLADIÏ. Pro *fugavit*, hebr. est *ischalos*, id est, debilitavit, dejecit, prostravit, prodigavit, hos occidendo, illos in fugam agendo, inde enim *chalus* lassum, debilitatum, dejectum significat. Narrat, vel potius more suo fabulatur Judaei, Amalecitas incantationibus suis voluisse volare, itaque involare et irruiere in castra Hebraeorum; sed Josue ostenso Dei nomine tetragrammato eos prostravisse. Josephus asserit planè increuantam Hebraeis fuisse hanc victoriam, nemine ex ipsis desiderato. Hic primum invenitur nomen Josue, unde eum hoc loco ex hac victoria, per Hosee vocatum esse Josue, q. d.: *Salvator populi*, censent Origen., Lactant. et alii de quo plura Numer. 13, 17.

IN ORE GLADIÏ. In acie gladii: ita enim vertit noster interpres ad Hebr. 11, 34, unde gladius hic dicitur *dicere*, quasi habens duo ora, id est, duas acies, ad Hebr. 4, 12. Hinc, quia acies gladii, utpote acutissima, quidquid percussit, id penetrat, secat vel occidit, idcò, cùm in Script. dicitur: *Percussit eos in ore gladii*, communiter significatur quòd eos deleverit usque ad interiectionem; sic enim et Galli de strage interiectionâ dicunt: *Il les a mis au fil de l'épée*. Ita Vatablus. Secundo, *in ore gladii*, id est, in devoratione, vel consumptione gladii: unde Septuag. vertunt, *in ore gladii percussit eos*, in occisione gladii, ut sit duplex figura: prior quâ os ponitur metonymicè pro comestione, quae ore fit; posterior, quâ comestio animalis metaphoricè tribuitur vel inanità, scilicet gladio interimenti; sicut enim nos comedimus panem, ita bellum et gladius devorant homines. Unde Hebraei bellum vocant *milchama*, id est, comestionem, q. d.: *Fugavit Josue Amalec per occisionem gladii*, sive gladio occidente, hinc inde eum persequens. Tertiò, Franc. Ribera in Osee 10, num. 57: *Os, inquit, in Scripturâ saepe pro voluntate accipitur; sic metere in ore misericordiae, id est, metere ad voluntatem misericordiae, quantum misericordia vulnerit, id est, metere largissimè. Sic percutere in ore gladii, est omnes occidere, et nemini parcere, quod est, percutere quantum gladius percute velit; quasi dicat: Percussit eos in ore (in voluntate gladii), id est, percussit eos ad satisfactionem, ad libitum, ad voluntatem, ad imperium gladii; tot percussit, quot libuit gladio et gladiatori percutere.*

VERS. 14. — SCRIBE HOC OB MONUMENTUM IN LIBRO, ET TRADE AURIBUS JOSUE, q. d.: *Scribe in chronico, et indica Josue, ut ipse sequentibus se populi duces et iudicibus, et hi sequentibus indicent voluntatem et decretum Dei de peragenda vindictâ, deque delendo Amalec, idque donec surgat ille ipse dux, vel rex Saul, qui hanc vindictam reipsâ exercet. Josue enim destinatione Dei futurus erit successor Mosi, et dux populi; unde et hoc bello contra Amalec electus ipse dux, quasi praeludium futuri sui principatus dedit. Deinde indicare hoc Josue jubet Deus, ne subactâ terrâ promissâ, ipse fossera cum Amalecitis jungeret vel admitteret.*

DELEBO ENIM MEMORIAM AMALEC SUB COELO. Hebraicè est *delendo delebo*, id est, funditus et omninò dele-

bo, haec mihi stat fixa et certa voluntas, quam Samuel retrixerat Sauli, 1 Reg. 15, ubi Saul ob neglectam et non plene impletam hanc Dei voluntatem rejectus à Deo, regno et vitâ excidit. Quare perperam Judaei aliqui Saulem excusant per ignorantiam, eò quòd hebraeum *זר*, si puncta cametis substituatur, ut fiat *zachar*, significet masculum; si verò segol, ut fiat *zacher*, significet memoriam Amalec delendam et abolendam esse. Porrò tulit Deus in Amalec tem severam sententiam, eò quòd Amalecitate tam immani bello appetissent innoxios vacillantesque Hebraeos, et in vocatione suâ novitios, ut eos à Dei ductu in Chanaan sequendo absterrent, quòdque, ut dicitur Deuter. 25, 18, extremos agminis lassos et fame laboreque confectos ceciderint. Ut hinc discamus quàm gravis sit offensa Dei teneros recentesque Dei assecas ab ejus vocatione et sequela, puta à verâ fide, vel religione statuque perfectionis avertere, quâ de re vide Hier. Platum lib. 3 de Bono statûs religiosi, c. 53.

VERS. 15. — EMIFICAVITQUE MOYSES ALTARE, ET VOCAVIT NOMEN EJUS, DOMINUS EXALTATIO MEA. Hebr. est, *Adonai missi*, quòd primò, noster vertit: *Dominus (est) exaltatio mea*. Secundo, verti potest: *Dominus est vexillum meum*, id est, Dominus fuit mihi loco vexilli, ipse signa victorica in hostem intulit. Unde Josephus ait Mosen hanc aram Deo victori posuisse, ut Romani ponebant Jovi victori. Tertiò, verti potest: *Dominus est signum, vel miraculum meum*, quia hanc miraculosam victoriam, totque alia miracula mihi contulit. Ita Chald.

Hoc trophaeo omnem victoriâ laudem Deo assignavit Moses; neque enim altare duntaxat sacrificiâ causâ erexit, sed et trophaei, idque nomenclatura haec convinct. Calvinus omne imaginem et statuarum nomen, quasi mortis umbras et larvas perhorrescens, metuensque ne hinc telum pro imaginibus in ipsum torqueamus, altari inditum esse hoc nomen impudenter negat, contra S. Script. expressam fidem, quae altare hoc nomine vocatum esse asseverat, tanquam victorie trophaeum; trophaeis enim et titulis propriè nomina imponuntur, et nomen hoc non nisi trophaeo convenire potest. Non enim, quod metuit Calvinus, Dei nomen hic altari communicatur, quasi ipsum sit Deus; sed sensus est quasi dicat: Altari hoc quasi trophaeo testor, hoc significo, quòd Deus sit exaltatio mea, qui me hostibus Amalecitis superiorem fecit, ideòque illi, ut signo, rei signate do nomen, illudque voco, *Dominus exaltatio mea*; ut solemus de effigie Caesaris aut regis dicere: *Iste est Caesar, hic est Rex*; quia ista imago est Caesaris, haec Regis. Similes nomenclationes in Script. passim sunt obviae. Sic enim Isaac, Genes. 26, 20, pateam ab eventu vocavit Calumniam, et alium v. 21, vocavit Latitudinem. Sic Gedeon, Judic. 6, 24, suum altare vocat, *Dominus pax*. Similia sunt 1 Reg. 7, 12; 2 Reg. 18, v. 18.

Nota hic victoriam in bellis à Deo pendere, esseque singulare donum Dei. Ita Judith conopaeum Holophernis, quasi anathema, Deo victorie auctori consecravit, Judith 16, v. 25. Ita Jahaziel propheta, cum insignem

victoriam Josaphat regi contra Moabitas esset pollicitus, subjecti: *Non eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodò confidenter state, et videbitis auxilium Domini super vos: nolite timere. Cras egrediemini contra eos, et Dominus erit vobiscum, 2 Paralip. 20, 17.*

Ita Judas Machabaeus, cum sui timerent, utpote pauci, animans eos ait: *Facile est concludi multos in manu paucorum; et non est differentia in conspectu Dei caeli liberare in multis et in paucis: quoniam non multitudine exercitus victoria belli, sed de caelo fortitudo est, etc., 1 Mach. 5, 17. Ita Trajanus dux belli missus à Valente imp. contra barbaros, cum succubisset, ideòque à Valente ignavia argueretur, generosè respondit: *Non ego, ô imperator, victus sum, sed tu ipse perdidisti victoriam, qui contra Deum aciem instruere non desinis, et ita ejus auxilium barbaris concitis. Nam abs te oppugnatus, se illic adjungit. Atqui Deum sequitur victoria, et ad eos accedit quibus Deus se ducent praebet. Non nosti quos viros ecclesiis expuleris, et quibus ens tradideris? Ita Theodor. lib. 4 Hist. c. 29. Ita Theodosius imp. cum ei victoria de Joanne tyranno in Indis circensibus reuniret, ad populum vociferans: *Agite, inquit, ludicro hoc omisso in aedem hanc precatoriam eamus, et carmina gratiarum auctori victoriam Deo concinamus. Dixit et fecit. Ita Nicephor. lib. 14, c. 7. Ita Clotarius rex Francorum, cum Chramno filio rebelli dimicaturus: *Respice, inquit, Domine, de caelo, et judica causam meam, quia à filio injustè injurius patior. Respice, et judica justè, illudque impone judicium quòd quondam inter Absalonem et patrem ejus Davidem posuisti. Ergo prelio inito Chramnus à Clotario captus et occisus est. Ita Gregor. Turon. lib. 4, c. 16 et 17. Alphonso, Aragonum rex, ad filium Ferdinandum contra Florentinos in bellum emtent: *Noli, ait, ô fili, tantum tuæ aut commilitonum audacia tribuere, ut putes absque Dei auxilio victoriam ullam haberi posse. Victoria enim non hominum disciplinis aut industria paratur, sed Dei opt. max. benignitate et arbitrio. Deum igitur cole et tibi concilia: quòd si quando cum tibi iratum suspicaberis, caute contentus; et quidquid ab eo tibi accessisse videbitur boni, consule, et patientiâ ac penitentia eum place. Ita Panorm. in ejus Vita.*****

VERS. 16. — DICENS: QUIA MANUS SOLI DOMINAE, ET BELLUM DOMINI ERIT CONTRA AMALEC A GENERATIONE IN GENERATIONEM. Hebr. est, *quia manus super solium Domini est*, id est, quia extendit Deus manum super solium suum, hoc est, extensione manus super solium suum juravit, et, id est, quòd, bellum ipsi et Hebraeis contra Amalec erit aeternum, hoc est, quamdiu Amalec superstes erit, q. d.: *Erit Hebraeis cum Amalec aeternò; unde, id est, bellum irreconciliabile et interminatum.*

Nota primò: *Tà quia non est causale, sed encliticum*; respondet enim Hebraeo *ki*, quòd saepe redundat. Unde Vatab. vertit, *et dixit, sublata manu per solium Dei juro. Moses enim hic altari nomen indidit, simulque juravit bellum aeternum cum Amalec; sunt enim haec disparata, neq. unum est causa alterius. Secundo, ma-*

nos hæc jurantis est vel Mosis, ut vult Abulatis, vel potius Dei: noster enim verit, manus solii Domini: idem clarus habet Chald. et Septuag. Tertio, cò et, vocula est non copulantis, sed confirmantis, et materiam juramenti designantis, significans, quòd, quia, hinc pulchrè Chaldaeus verit: *Cum juramento dictum est hoc à facie terribilis, cujus majestas est super solium glorie, ut committatur prelium à facie Domini contra viros domus Amalec, ut consumat eos à generationibus sæculi.*

Septuag. manum per solium interpretatur manum occultam, vel potius, ut alii legunt, excelsam; sic enim habent, *ὄτι ἐν χειρὶ κρυφαῖα* (Eugubinus legit *κρυφαῖα*, id est, excelsa, et hoc magis respondet Hebræo) *καταπέτασε τὸ Κόσμος*, id est, quia in manu occultà et excelsa prelium Dominus, quasi manus Dei, in solio ejus licet abscondita, excelsa tamen operetur.

Quæres cur olim et etiamnum juretur manu sublata in cœlum?

Resp. Quia hoc ritu testamur Deum in cœlis, quasi

CAPUT XVIII.

1. Cùmque audisset Jethro, sacerdos Madian, cognatus Moysi, omnia quæ fecerat Deus Moysi, et Israeli populo suo, et quòd eduxisset Dominus Israel de Ægypto.

2. Tulit Sephoram uxorem Moysi quam remiserrat,

3. Et duos filios ejus, quorum unus vocabatur Gersam, dicente patre: Advena fui in terrâ alienâ;

4. Alter verò Eliezer: Deus enim, ait, patris mei adjutor meus, et eruit me de gladio Pharaonis.

5. Venit ergo Jethro cognatus Moysi, et filii ejus, et uxor ejus, ad Moysen in desertum, ubi erat castrametatus juxta montem Dei.

6. Et mandavit Moysi, dicens: Ego Jethro cognatus tuus venio ad te, et uxor tua, et duo filii tui cum eâ.

7. Qui egressus in occursum cognati sui, adoravit, et osculatus est eum; salutaveruntque se mutuò verbis pacificis. Cùmque intrasset tabernaculum,

8. Narravit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni et Ægyptiis propter Israel: universumque laborem qui accidisset eis in itinere, et quòd liberaverat eos Dominus.

9. Lætatusque est Jethro super omnibus bonis quæ fecerat Dominus Israel, cò quòd eratisset eum de manu Ægyptiorum.

10. Et ait: Benedictus Dominus, qui liberavit vos de manu Ægyptiorum, et de manu Pharaonis, qui eruit populum suum de manu Ægypti.

11. Nunc cognovi quia magnus Dominus super omnes deos, cò quòd superbè egerint contra illos.

12. Obtulit ergo Jethro cognatus Moysi holocausta et hostias Deo: veneruntque Aaron et omnes seniores Israel, ut comederent panem cum eo coram Deo.

13. Alterà autem die sedit Moyses ut judicaret populum, qui assistebat Moysi à mane usque ad vesperam.

in solio suo residentem. Secundo, quia hæc ritu significamus quòd sicut stant et perdurant cœli, sic firma erit res quam juramento promittimus. Sic ergo jurat hic Deus per thronum suum, quasi per rem scripturam et immutabilem. Ita docet Hebræi. Hinc S. Aug. lib. 22 contra Fausti. cap. 74, Mosen contra Fausti calumnias defendit, convincitque contra eum (et contra nostros Anabaptistas et Enthusiastas) fidelibus bellum esse licitum, cò quòd illud Domini voluntate Moses suscepit, dicaturque hic bellum Domini fore contra Amalec in æternum.

Tropologicè, dicamus et nos tanquam resoluti milites Christi: Bellum Domini mihi erit, *καὶ ἀνανόως ἀδελφούς*, contra Amalec, id est, contra carnem et mundum in æternum; hoc enim est bellum Domini, quòd scilicet Dominus nobis imperat, quòdque ipse per nos gerit. Cogita illud S. Francis: *Modica hic voluptas; sed postea plena immensa. Modicus hic labor; sed postea gloria æterna. Elige. Multorum vocatio, paucorum electio, omnium retributio. Æternitatem cogita.*

CHAPITRE XVIII.

1. Or Jéthro, prêtre de Madian et beau-père de Moïse, ayant appris tout ce que Dieu avait fait en faveur de Moïse et de son peuple d'Israël, et comment il l'avait fait sortir de l'Égypte.

2. Prît Sephora, femme de Moïse, qu'il lui avait renvoyée, lorsqu'il était en Égypte.

3. Et ses deux fils, l'un desquels il avait nommé Gersam, son père ayant dit: J'ai été voyageur en une terre étrangère;

4. Et l'autre Eliezer, Moïse ayant dit encore: Le Dieu de mon père a été mon protecteur, et il m'a sauvé de l'épée de Pharaon.

5. Jéthro, beau-père de Moïse, vint donc le trouver avec ses enfants et sa femme dans le désert où il avait fait camper le peuple près de la montagne d'Horeb, appelée alors la montagne de Dieu.

6. Et il envoya dire à Moïse: C'est Jéthro votre beau-père, qui vient vous trouver avec votre femme et vos deux enfants.

7. Moïse étant allé au-devant de son beau-père se baissa profondément devant lui et le baisa, et ils se saluèrent en se souhaitant l'un à l'autre toute sorte de bonheur, Jéthro entra ensuite dans la tente de Moïse.

8. Qui raconta à son beau-père toutes les merveilles que le Seigneur avait faites contre Pharaon et contre les Égyptiens en faveur d'Israël, tous les travaux qu'ils avaient soufferts dans le chemin, et la manière dont le Seigneur les avait sauvés.

9. Jéthro se réjouit beaucoup de toutes les grâces que le Seigneur avait faites à Israël, et de ce qu'il l'avait tiré de la puissance des Égyptiens.

10. Et il dit: Béni soit le Seigneur qui vous a délivrés de la main des Égyptiens et de la tyrannie de Pharaon, et qui a sauvé son peuple de la puissance d'Égypte.

11. Je connais maintenant plus que jamais que le Seigneur est grand au-dessus de tous les dieux, comme il a paru à l'égard des Égyptiens, lorsqu'ils se sont élevés si insolemment contre son peuple, et qu'il a fait tant de merveilles pour les humilier.

12. Jéthro, beau-père de Moïse, offrit donc à Dieu des holocaustes et des hosties; et Aaron et tous les anciens d'Israël vinrent manger du pain avec lui devant le Seigneur, et prendre part aux sacrifices qu'il lui avait offerts.

13. Le lendemain Moïse s'assit pour rendre justice au peuple qui se présentait devant lui, depuis le matin jusqu'au soir.

14. Quod cùm vidisset cognatus ejus, omnia scilicet quæ agebat in populo, ait: Quid est hoc quod facis in plebe? cur solus sedes, et omnis populus prestatior de mane usque ad vesperam?

15. Cui respondit Moyses: Venit ad me populus querens sententiam Dei.

16. Cùmque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me ut judicem inter eos, et ostendam præcepta Dei et leges ejus.

17. At ille: Non bonam, inquit, rem facis.

18. Stulto labore consumeris et tu et populus iste qui tecum est: ultra vires tuas est negotium, solus illud non poteris sustinere.

19. Sed audi verba mea atque consilia, et erit Deus tecum. Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, ut referas quæ dicuntur ad eum.

20. Ostendensque populo ceremonias et ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, et opus quòd facere debeant.

21. Provide autem de omni plebe viros potentes et timentes Deum, in quibus sit veritas, et qui oderint avaritiam: et constituè ex eis tribunos, et centuriones, et quinquagenarios, et decanos.

22. Qui judicent populum omni tempore; quidquid autem majus fuerit, referant ad te, et ipsi minora tantummodo judicent: leviusque sit tibi, partito in alios onere.

23. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, et præcepta ejus poteris sustinere; et omnis hic populus revertetur ad loca sua cum pace.

24. Quibus auditis, Moyses fecit omnia quæ ille suggererat.

25. Et electis viris strenuis de cuncto Israël, constituit eos principes populi, tribunos, et centuriones, et quinquagenarios, et decanos.

26. Qui judicabant plebem omni tempore; quidquid autem gravius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo judicantes.

27. Dimisitque cognatum suum, qui reversus abiit in terram suam.

14. Et son beau-père ayant vu tout ce qu'il faisait pour ce peuple, lui dit: D'où vient que vous agissez de la sorte à l'égard du peuple sur lequel Dieu vous a établis? Pourquoi êtes-vous seul assis pour le juger, et que tout le peuple attend ainsi depuis le matin jusqu'au soir que vous lui rendiez justice?

15. Moïse lui répondit: Le peuple vient à moi pour consulter Dieu, et pour apprendre de moi ses volontés.

16. Et lorsqu'il leur arrive quelque différent, ils viennent à moi, afin que j'en sois le juge et que je leur fasse connaître les ordonnances et les lois de Dieu.

17. Vous ne faites pas bien, répondit Jéthro.

18. Il y a de l'imprudence à vous consumer ainsi par un travail inutile, vous et le peuple qui est avec vous; cette entreprise est au-dessus de vos forces, et vous ne pouvez la soutenir seul.

19. Mais écoutez ce que j'ai à vous dire, et le conseil que j'ai à vous donner, et Dieu sera avec vous. Donnez-vous au peuple pour toutes les choses qui regardent Dieu, pour lui rapporter les demandes et les besoins du peuple.

20. Et pour apprendre au peuple les cérémonies, la manière d'honorer Dieu, la voie par laquelle ils doivent marcher, et ce qu'ils doivent faire pour plaire au Seigneur.

21. Mais choisissez d'entre tout le peuple des hommes fermes et courageux qui craignent Dieu, qui aiment la vérité, et qui soient ennemis de l'avarice; et donnez la conduite aux uns de mille hommes, aux autres de cent, aux autres de cinquante, et aux autres de dix.

22. Qu'ils soient occupés à rendre la justice au peuple en tout temps; mais qu'ils réservent pour vous les plus grandes affaires, et qu'ils jugent seulement les plus petites; ainsi ce fardeau qui vous accable deviendra plus léger, étant partagé avec d'autres.

23. Si vous faites ce que je vous dis, vous accomplirez le commandement de Dieu; vous pourrez surfaire à exécuter ses ordres, et tout ce peuple retournera en paix dans sa maison.

24. Moïse ayant entendu son beau-père parler de la sorte, et ayant reconnu la sagesse de ses paroles, fit tout ce qu'il lui avait conseillé.

25. Et ayant choisi d'entre tout le peuple d'Israël des hommes fermes et courageux, il les établit princes du peuple, pour commander les uns mille hommes, les autres cent, les autres cinquante, et les autres dix.

26. Ils rendaient la justice au peuple en tout temps; mais ils rapportaient à Moïse toutes les affaires les plus difficiles, jugeant seulement les plus aisées.

27. Après cela Moïse laissa aller son beau-père, qui s'en retourna en son pays.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CUMQUE AUDISSET JETHRO, SACERDOS MADIAN. Chald. verit, princeps Madian. Hebræum enim *cohen* et sacerdotem et principem significat; quia olim, qui princeps erat, erat et sacerdos.

COGNATUS MOYSI. Socer Moysi; ejus enim filiam Sephoram duxerat Moses, c. 3, v. 1. Hebræum *choten* cognatum, sive affinem in genere (qualis est socer) significat. Unde à *choten* fit *kichatten*, id est, affinitate per matrimonium jungi.

VERS. 2. — TULIT SEPHORAM UXOREM MOYSI QUAM REMISERAT, cùm scilicet Moses ex Madian in Ægyptum rediens, cum Pharaone decertaturus tantam tamque periculosam negotiorum molem suscepisset, ut uxori et liberis vacare non posset; unde eam sibi à Pharaone libentem, libentem et volentem cum filiis remisit

in Madian, uti dixi, cap. 4, v. 27. Epiphanius, hæresi 78, tradit Mosen, ex quo prophetae caput, uxorem non cognovisse: neque enim alter, inquit, potuisset Deo tam esse familiaris et conjunctus.

VERS. 5. — JUXTA MONTEM DEI, puta Horeb, sive Sinai, ut patet c. 3, 1. Hinc patet non in Raphidim, sed in Sinai, de quâ cap. seq. venisse Jethro, ac proinde hæc per prolepsim interseri, fortè quia Jethro exiit, vel maxime vicinâ victoriâ Hebræorum contra Amalec, de quâ cap. præced., veniebat ad Moysen. Unde probabiliter contra Lyrannum docet et censet Abulensis, Jethro post legem datam in Sinai, sub finem primi anni exiit ex Ægypto, venisse ad Moysen; illudque colligit ex Dent. 1, v. 6, 7, 9, 13, ubi dicitur Moses creâsse magistratus paulò antequàm monenda

essent castra ex Sina; nota sunt autem castra ex Sina anno secundo, mense secundo, ut patet Num. 10, 11. Atqui hic magistratus hoc c. 18 dicuntur creati cum Jethro venit ad Moysen, Mosique suggestit et persuasit eorum creationem; ergo ipse venit ad Moysen sub finem anni primi, paulo antequam castra movenda essent ex Sina. Unde idem Abulens., censet hoc caput referri et inscribere ante Num. 10, 11. Ibidem enim v. 29, Hobab (qui secundum Abulensem et alios est Jethro) rogatur à Mose ut velit esse dux viae Hebraeorum per desertum: unde et mox Num. 52 ortum est jurgium et murmur Aaronis et Marice, cum viderent uxorem Moysi aethiopsissam, puta Sephoram Madianitidem, quae simul cum patre suo Jethro ad Moysen maritum suum venerat.

VERS. 7. — QUI EGRESSUS IN OCCURSUM COGNATI (SOCERI) SUI ADORAVIT, scilicet incurvando se; hoc enim significat hebraea radix *scacha*. Moyses socio suo Jethro reverentiam more gentis exhibuit, quae reverentia et adoratio est participatio quaedam reverentiae et adorationis Deo debita; parentes enim, principes et viri eminentes aliquid de potestate Dei et honore participant. Simili modo Abraham adoravit filios Heth, Genes. 25, 12; Jacob adoravit Esau, Genes. 33, 3; fratres adoraverunt Joseph, Genes. 45, 26.

SALUTARENT SE VERBIS PACIFICIS. Hebr. *rogarunt de pace*, vel *an par*, id est, an salva et prospera sunt omnia, hoc enim significat hebraea salutiatio, *par tecum*.

VERS. 8. — LABOREM, difficultatem et molestiam. Nota hic qualia et quam pia sint sanctorum colloquia; talia fuerunt inter S. Antonium et S. Paulum primum eremitam; inter S. Benedictum et Scholasticam sororem; inter Essenos aliosque veteres eremitas et cenobitas.

VERS. 9. — LETATUS EST, Septuag. *ἠέστη*, obstupuit, in exstasim quasi raptus est.

VERS. 11. — NUNC COGNОВИ QUA MAGNUS DOMINUS SUPER OMNES DEOS, q. d.: Ego Jethro habui olim aliquam notitiam Dei vestri et veri, neque omnino fidera Abraham proavi mei abieci, quam Madian Abraham filius, noster verò avus, ab eo hausit et nobis tradidit; fuit tamen haec in ea infirma, et simulacrorum mixtione et cultu polluta; nunc verò audiens ejus prodigia, quod fecit pro vobis in Aegypto et in mari Rubro, agnosco quodque firmiter hunc solum, qui vobis adfuit, esse verum Deum, optimum, justissimum et potentissimum, utpote qui tam potentem justamque vindictam in impios et tyrannos Aegyptios exercuit. Hanc fidem et pietatem Jethro in posterum propagavit, ab eo enim orti sunt Rechabite, ut patet 1 Paral. 2, 55, quos ab abstinentia et obedientia ita laudat Jeremias c. 35, de quibus plura ibid.

Vide hic quid faciat unius patris et principis pietas. Ita Constantinus hoc nomine magnus fuit, quod magni animi et pietatis eximia fuerit, atque inter omnes imperatores primus, non solum Christi fidem amplexus sit, sed christianos etiam imperatores reliquerit. Theodosius junior avi sui nomen et pietatem referens, instituit aulam suam velut scholam, in qua ad pietatem

se suosque exercuit, habens ordine distributa tempora lectionum, psalmodiarum, jejuniarum et vigiliarum, ait Socrates lib. 7, 22, et Theodor. lib. 5, c. 56, quia in re comes, imò dux et incenterix ei fuit soror Pulcheria, et Eudoxia uxor. Vide Aulam eorum sanctam, quam edidit noster Raderus. Tiberius, excubiitorum comes sub Justino II, ob pietatem erga Deum, et liberalitatem erga pauperes in tantà fuit gratia, ut à Justino successor declararetur. Honorius imper. vere religionis perstudiosus fuit: unde Deus cum à multis undique insurgentibus tyrannis liberavit, uti ex Socrate, Sozomene et aliis docet Baronius.

EO QUOD SUPERBE EGERINT CONTRA ILLOS. Est ellipsis, sed plenior et perfectior sensu quam sit in hebraeo; sic enim est hebraicè: *quia in quo superbiunt contra eos* (Hebraeos subaudi), in eodem punivit eos Deus, puta in aquis et mari; nam sicut in iis mererant infantes Hebraeorum, ita iisdem ipsis à Deo remensum est, ut aquis mergerentur et ipsi, unde Chald. ellipsin supplet: *verit enim: quia eadem rem quâ cogitatum Aegyptii judicare* (punire et affligere) *Israel, iudicati sunt* (puniti sunt).

VERS. 12. — OBSTITIT. Hebr. est, *accepit*, scilicet à Mose et Hebraeis hostias quas non idolis, ut olim, sed vero Hebraeorum Deo offerret.

UT COMEDERENT PANEM CUM EO CORAM DEO. Nota hic. Hostias Deo dicatae et in gratiarum actionem oblatae (quales hic obtulit Jethro) magna parte in solemne epulum cedebant, quod proinde coram Domino fieri dicebatur, quasi ille hostias sibi oblatas, illarumque epulo praesens adesset, maximè si epulum fieret juxta altare, in quo immolatae erant hostiae Deo. Si, tabernaculo jam facto et erecto in fine anni, venit Jethro ad Moysen, uti vult Abulens., tunc *coram Deo*, id est, coram tabernaculo, quod erat quasi domus Dei, factum est hoc epulum. Secundò, nonnulli Hebraei *coram Deo* dici sentiunt, propter sanctos, pios et divinos homines, qui in isto convivio praesentes fuerunt, juxta illam veterum sapientum sententiam: *Qui fruatur convivio, in quo sapientes accumbunt, perinde est ac si fruatur gloriâ divinae majestatis*. Tertio, S. August. q. 66: *coram Deo*, inquit, id est, in honorem Dei; sed uterque hic sensus paulò remotior est. Hinc patet hoc Jethro sacrificium fuisse purum veroque Deo oblatum: aliàs enim Moyses, caeterique seniores ex eo non comedissent, ne idololatriis polluerentur. Tropol. sancti, inquit Origenes, omnia sua opera faciunt coram Deo, tanquam qui Deum presentem spectent et ab eo spectentur; jugiter enim in conspectu Dei versantur, operantur et ambulant.

VERS. 15. — UT JUDICARET, ut jus diceret.
VERS. 15. — VENIT AD ME POPULUS QUERENS SENTENTIAM DEI. Hebr. *querens Deum*, Chald. *querens doctrinam à Deo*, Septuag. *querens iudicium à Deo*, hoc est, à lege Dei aeternâ (inquit S. Aug. quest. 67), quae fuit ante omnem legem scriptam, quam Moses Spiritu sancto plenus claris quam caeteri omnes Hebraei, intuebatur, et in omnibus consulebat, tum cogitando et meditando, tum orando.

VERS. 17. — NON BONAM, INQUIT, REM FACIS. Facis quod minus est aptum minisque conveniens; quia quod facis, ut singula solus velis facere, tibi nimis molestum est, et populo minus utile.

VERS. 18. — STULTO LABORE CONSUMERIS. Hebraeorum *nabal* significat stultum esse, item deluere, decidere, consumi; utrumque significatum hic reddidit interpret. Voluit Deus Moysen, virum alioqui sapientissimum, ab alienigenâ et gentili, puta à Jethro, instrui, ut ostenderet nemini datum esse, ut in omnibus semper aequè sapiat, ac proinde humiliter audientes quoque esse inferiores qui saniora consilia suggerunt.

Sapienter etenim est olitor verba opportuna locutus: nemo enim est bonus doctor qui non est docilis; quia et ille melius docet, qui quotidie crescit et proficit dicendo meliora, inquit S. Cyprian. ad Pompeium in fine. Ita et S. Aug. quest. 68. Quin et Plato objicienti sibi cuidam: *Tunc, qui doctor es, simul es discipulus? et quomodo dices?* respondit: *Tandem, donec me sapientiores fieri non permittebit; testis est Plutarch. in Platone*. Allegor. significabatur quòd Jethro Mose, id est, populus gentilis judaico foret sapientior, inquit Cyrill. in Collectan., in Num. c. 9.

VERS. 19. — ET ERIT DEUS TECUM. ERIT DEUS tibi auxilio, ut tot administris adjunctus, parteque oneris in eos derivatà levatus, commodius omnia feras et perficias.

ESTO TU POPULO IN HIS QUAE AD DEUM PERTINENT. Hebr. *esto tu populo ante Deum, vel coram Deo*, q. d.: Esto tu populi caudicibus, advocatus et intermedium apud Deum, ut referas quae dicuntur ad eum scilicet, populi dicta, vota, postulata et necessitates; et enim cum Deum respicit, ut patet ex hebraeo, non populum, uti censuit Abulens.

VERS. 20. — OSTENDASQUE POPULO CAEREMONIAS ET RITUM COLENDI, VIAMQUE PER QUAM INGREDI DEBEANT, q. d.: Sicut dixi te, ó Moyses, debere esse populi advocatum apud Deum, ita vicissim hic dico te pariter debere esse interpretem Dei apud populum, ut eum doceas quomodo Deum colere, rectèque vivere debeat: alios verò constituas iudices et arbitros ad lites et jurgia eorum dirimenda. Hinc moraliter S. Gregor. 2. p. Pastor. c. 7, docet qualis debeat esse rector: *Sit rector, inquit, interiorum curam exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam interiorum occupatione non relinquens; ne aut exterioribus deditus ab intimis corruat, aut solis interioribus occupatus, quae foris debet, proximis non impendat*. Hinc et S. Aug. quest. 68: *Docemur, inquit, hic à Jethro, nimis intentum humanis actionibus animam Deo vacuare*.

VERS. 21. — PROVIDE AUTEM DE OMNI PLEBE VIROS POTENTES. Ita legunt Hebr. Chald. Septuag. et Latina romana; non *sapientes*, ut habent Plantiniana: hebraicè enim est *viros virtutes*, id est, viros valentes animo, strenuos et magnanimos, qui magnorum et magnatum vultum non timeant, ut personas in iudicio accipiant, et iudicium pervertant; sed unum timeant Deum iudicem iudicum, et regem regum. Ita Fredericus III imperator rogatus quos ó suis haberet charis-

simos? respondit: *eos qui non magis me quam Deum timeant*. Talis iudex fuit Job, cap. 29: *Contrebam, inquit, molas iniqui, et de dentibus illius auferbam praedam*. Hoc est quod monet Eccles. c. 7, v. 6: *Nol querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumperere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis et ponas scandalum in equitate tua*. Quin et Epictetus iudicem ita compellat: *Uti nec auser clangore, nec ovis balatu perterretur, ita nec te stolidâ multitudinis vox perterrefaciat*. Quare Trajanus imp. magistratum et iudicem constituens, illique de more porrigens gladium: *Illo, inquit, pro me, quandiu aequa mandaverò; sin iniqua, contra me utere*. Ita aulici et duces christiani suis imperatoribus, idolorum cultum et sacrificia mandantibus, restiterunt usque ad mortem et martyrium. Ita S. Sebastianus restitit Diocletiano, S. Eustachius Adriano, S. Theodoros Licinio, S. Gallicanus Juliano, Mauritius et Thebas Maximiano. Sapientes etiam iudices exegisse Moysen, patet Deuter. 1, 15; non enim omnes, quas Jethro posuit, condiciones iudicum hic enarrantur: nec illi dubium est tam scientiam et prudentiam, quam virtutem animique constantiam in iudice requiri. Verè enim dixit Carolus V, audità nece Thomae Mori, qui vir sapientissimus, Angliae cancellarius fuit et martyr: *In Moro Henricus rex VIII totius Angliae caput praecidit*.

IN QUIBUS SIT VERITAS, non tam doctrinae aut etiam vite, quam iustitiae (de ea enim praecipue est hic sermo), id est, justos. Ita Septuag.; qui scilicet neminem decipiant, sed faciant quod promiserunt, quodque aequum est et legitimum praescriptum. Unde sequitur, *odientes avaritiam*, qui scilicet munera non capiant ne iis capiantur, ut jus violent. Ludovicus XI, Galliae rex, aiebat se in aula omnibus rebus abundare, exceptà unâ: rogatus quanam ea esset, dixit: Veritas.

Hippocrates, Epist. ad Philopomenem, veritatem depingit quasi mulierem pulchram, magnam, simpliciter ornatam, illustrem ac splendidam, cuius oculorum orbis puro lumine nitebant, ut astrorum ac stellarum fulgorem imitari viderentur. Rursum veritas temporis filia et virtutis mater est habita. Plutarc. in Quact. ait quòd Romani veritatis parentem ac Deum habuerunt Saturnum; subdit causam: *An, inquit, quòd, ut philosophi putant, Κρόνος ἔργον, id est, Saturnum potius esse? veritas verò tempore invenitur; an illud tempus, quòd Saturnus justissimus fuerit et veritatem imprimis coluerit?* Hinc et Democritus scripsit veritatem in putei fundo delitere: et proverbium est: *Veritatem in lacum agit et adducit dies*. Giralduus, syntag. 1, testatur iudices olim defunctos exculpitos fuisse ita ut ex eorum collo ad pectus penderet suspensa veritas; subnutans oculis.

Notat Cajetanus has quinque dotes maximè spectare et requirere debere principes in iis quos alii praeficiunt, scilicet primò, magnanimitatem; secundò, timorem Dei; tertio, sapientiam; quartò, iustitiam; quintò, abstinentiam à muneribus. Ita Plato dicere solet: *Principibus nullum praestantius praediorum genus esse quàm eorum familiaritates qui cauponari necerent*. Hinc et Isaias, c. 1, 25, arguens Hierosolym-

tas postquam dixit : *Principes tui fideles, socii futurum ; mox causam subijci : Omnes diligunt munera.* E contrario Samuel optimus iudex ita eum suis liberâ fronte disceptat : *Si de manu cuiusquam munus accepi, loquimini, et contemnunt illud hodie, restituaque vobis,* 1 Reg. 13, 5 ; et Paulus, Actor 20, 35 : *Argentum et aurum, aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis.* Ita Alcamen Telectri filius, spartanus, rogatus cur munera à Messeniis oblata non accepisset, respondit : *Quia si accepissem, cum legibus pacem habere non potuissem, significans munera non esse accipienda, quæ legibus et respubl. obesse solent ; testis est Plutarch. in Lacon.* Hasce iudicium dotes habeant confessarii qui sunt iudices in foro animæ. In huius rei signum, sacerdos vetus, qui erat iudex, inscriptum habebat in pectore : *Doctrina et veritas, unde et iudices apud Ægyptios sapphirum è collo gestabant, cui inscripta erat veritas, de quo c. 28, v. 30.*

VERS. 25. — *SI HOC FECERIS, IMPLERIS* (implere poteris : est enim hoc futurum potentiale) *IMPERIUM DEI, ET PRÆCEPTA EIUS POTERIS SUSTENTARE, id est, sustinere ; hebraicè est : Præcipiet tibi Deus, et poteris stare, id est, poteris satisfacere Dei præceptis circa totius populi regimen.* Sequantur hoc sapiens Jethro consiliâ, quicumque rectè gubernare volent, ut nihil miram onus cum aliis partiantur, minoraque negotia aliis committant, quò ipsi gravioribus totique communitati invigilare, ac simul Deo et orationi vacare possint.

CAPUT XIX.

1. Mense tertio egressions Israel de terrâ Ægypti, in die hâc venerunt in solitudinem Sinai.

2. Nam profecti de Raphidim, et pervenientes usque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibique Israel fixit tentoria à regione montis.

3. Moyses autem ascendit ad Deum, vocavitque eum Dominus de monte, et ait : Hæc dies domui Jacob, et annuntiabis filiis Israel :

4. Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptiis, quo modo portaverim vos super alas aquilarum, et assumerim mihi.

5. Si ergo audieritis vocem meam, et custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis ; mea est enim omnis terra.

6. Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, et gens sancta ; hæc sunt verba quæ loqueris ad filios Israel.

7. Venit Moyses ; et convocatis majoribus nata populi, exposuit omnes sermones quos mandaverat Dominus.

8. Responditque omnis populus simul : Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus. Cùmque retulisset Moyses verba populi ad Dominum,

9. Ait ei Dominus : Jam nunc veniam ad te in caelâ lignis nubis, ut audiat me populus loquentem ad te, et credat tibi in perpetuum. Nuntiavit ergo Moyses verba populi ad Dominum,

sint : ipsi enim sunt quasi Atlantes, qui Deo nixi onus totius populi suis humeris sustinere debent ; præpositum enim est et inspians ac iniquum, si rector ita minoribus, vel alienis, vel externis se occupet, ut majora, propria et domestica negligere, vel perfunctoriè obire debeat.

VERS. 24. — *MOYSES FECIT OMNIA QUÆ ILLE SUGGERAT.* Elegit ergo Moyses inferiores magistratus idoneos rebus dijudicandis ; sed cum consensu populi, eosque seriò officii sui admonuit. Vide Deut. 1, à v. 9 ad 19, ubi hæc fusiùs enarrantur.

VERS. 25. — *ET ELECTIS VIRIS STRENUIS, CONSTITUIT EOS PRINCIPES POPULI ET TRIBUNOS.* *Tribunos, hebraicè chiliarchas, sive principes mille, familiarum videlicet : ita enim pulchro ordine hi magistratus ad levamen Mosis instituti sunt, ut decani quinquagenariis, hi centurionibus, centuriones tribunis, sive chiliarchis subessent ; sic ut tribunos quique sub se decem haberet centuriones, centurio sub se haberet duos quinquagenarios, quinquagenarius præesset quinque decanis ; ita ut à decanis ad quinquagenarios, ab his ad centuriones, ab his ad tribunos, à tribunis demum ad Mosen appellaretur.* Vocat verbò noster chiliarchas *tribunos*, quia hic summus olim erat magistratus (tribuni enim plebis erant pares consules, erantque quasi consules plebis) in plebe romanâ, uti et in militia ; sed et colonellos nostros sive chiliarchas exercitibus rectè vocamus tribunos.

CHAPITRE XIX.

1. Le troisième jour du troisième mois, qui était le quarantième jour depuis que les enfants d'Israël furent sortis de l'Égypte, ils vinrent au désert de Sinai.

2. Étant partis de Raphidim, et arrivés en ce désert, ils campèrent au même lieu, et Israël y dressa ses tentes vis-à-vis de la montagne de Sinai.

3. Moïse y monta ensuite pour parler à Dieu, car le Seigneur l'appela du haut de la montagne et lui dit : Voici ce que vous direz à la maison de Jacob, et ce que vous annoncerez aux enfants d'Israël :

4. Vous avez vu vous-mêmes ce que j'ai fait aux Égyptiens, et de quelle manière je vous ai portés, comme l'aigle porte ses aiglons sur ses ailes, et je vous ai pris pour être à moi.

5. Si donc vous écoutez ma voix, et si vous gardez mon alliance, l'alliance sainte que je veux faire avec vous, vous serez le seul de tous les peuples que je posséderai comme mon bien propre, quoique je sois le maître de tous les peuples ; car toute la terre est à moi avec tous ceux qui l'habitent.

6. Mais par un privilège singulier, vous serez pour moi un royaume sacerdotal et une nation sainte, c'est-à-dire que vous serez consacrés à mon service et conduits par des prêtres qui vous gouverneront sous mon autorité. Vous serez vous-mêmes vois et prêtres, mon royaume et mon sacerdoce étant établis parmi vous ; voilà ce que vous direz aux enfants d'Israël.

7. Moïse étant donc venu vers le peuple, en fit assembler les anciens, et leur exposa tout ce que le Seigneur lui avait commandé de leur dire.

8. Et le peuple répondit tout d'une voix : Nous ferons tout ce que le Seigneur a dit. Moïse rapporta au Seigneur les paroles du peuple.

9. Et le Seigneur lui dit : Je vais venir à vous dans une nuée sombre et obscure, afin que le peuple m'entende, lorsque je vous parlerai, et qu'il vous croie dans toute la suite. Après que Moïse eut rapporté au Seigneur les paroles du peuple,

40. Qui dixit ei : Vade ad populum, et sanctifica illos hodie et cras, laventque vestimenta sua.

41. Et sint parati in diem tertium : in die enim tertîâ descendet Dominus coram omni plebe super montem Sinai.

42. Constituesque terminos populo per circuitum, et dices ad eos : Cavete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius : omnis qui tetigerit montem, morte morietur.

43. Manus non tanget eum, sed lapidibus opprimeatur, aut confodietur jaculis : sive jumentum fuerit, sive homo, non vivet ; cùm coeperit clangere buccina, tunc ascendat in montem.

44. Descenditque Moyses de monte ad populum, et sanctificavit eum. Cùmque lavissent vestimenta sua,

45. Ait ad eos : Estote parati in diem tertium, et ne appropinquetis uxoribus vestris.

46. Jamque advenerat tertius dies, et mane incluserat : et ecce coeperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, et nubes densissima operire montem, clangorque buccina vehementius perstrepebat ; et timuit populus qui erat in castris.

47. Cùmque eduxisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis.

48. Totus autem mons Sinai fumabat, eò quòd descendisset Dominus super eum in igne, et ascenderet fumus ex eo quasi de fornace ; eratque omnis mons terribilis.

49. Et sonitus buccine paulatim crescebat in majus, et prolixius tendebatur : Moyses loquebatur, et Deus respondebat ei.

50. Descenditque Dominus super montem Sinai in ipso montis vertice, et vocavit Moysen in cacumen ejus. Quò cùm ascendisset,

51. Dixit ad eum : Descende, et contestare populum, ne fortè velit transcendere terminos ad videndum Dominum, et pereat ex eis plurima multitudo.

52. Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos.

53. Dixitque Moyses ad Dominum : Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai, tu enim testificatus es, et jussisti, dicens : Pone terminos circa montem, et sanctifica illum.

54. Cui ait Dominus : Vade, descende, ascendesque tu, et Aaron tecum ; sacerdotes autem et populus ne transeant terminos, nec ascendant ad Dominum, ne fortè interficiat illos.

55. Descenditque Moyses ad populum, et omnia narravit eis.

40. Il lui dit : Allez trouver le peuple, purifiez-le, et sanctifiez-le aujourd'hui et demain ; qu'ils lavent leurs vêtements, qu'ils purifient leurs corps,

41. Et qu'ils soient prêts pour le troisième jour, qui sera le cinquantième jour depuis leur sortie d'Égypte ; car dans trois jours le Seigneur descendra devant tout le peuple sur la montagne de Sinai.

42. Vous marquerez tout autour des limites pour le peuple, et vous leur direz : Prenez bien garde de ne pas monter sur la montagne, ni d'en approcher tout autour. Quiconque touchera la montagne sera puni de mort, parce que c'est un lieu sanctifié par ma présence.

43. La main de l'homme ne le touchera point pour le tuer, mais il sera lapidé ou percé de flèches ; soit que ce soit une bête de service ou un homme, il perdra la vie ; quand la trompette commencera à sonner, qu'ils montent alors à la montagne, jusqu'aux barrières que vous y aurez mises.

44. Moïse étant descendu de la montagne, vint trouver le peuple et le sanctifia. Et après qu'ils eurent lavé leur vêtements,

45. Il leur dit : Soyez prêts pour le troisième jour, et ne vous approchez point de vos femmes.

46. Le troisième jour étant arrivé, sur le matin, comme le jour était déjà grand, on commença à entendre des tonnerres et à voir briller des éclairs ; une nuée très-épaisse couvrit la montagne, la trompette sonna avec grand bruit, et le peuple qui était dans le camp fut saisi de frayeur.

47. Alors Moïse le fit sortir du camp pour aller au-devant de Dieu, et ils demeurèrent au pied de la montagne.

48. Tout le mont Sinai était couvert de fumée, parce que le Seigneur y était descendu au milieu des feux ; la fumée s'en élevait en haut comme d'une fournaise, et toute la montagne causait de la terreur par les flammes qui en sortaient, et par le tremblement dont elle était agitée.

49. Le son de la trompette s'augmentait aussi peu à peu et devenait plus fort et plus perçant. Cependant Moïse s'étant avancé, parlait à Dieu, et Dieu lui répondait.

50. Et le Seigneur étant descendu sur Sinai, sur le sommet de la montagne, appela Moïse au lieu le plus haut. Et lorsqu'il fut monté,

51. Dieu lui dit : Descendez vers le peuple, et déclarez-lui hautement ma volonté, de peur que, dans le désir de voir le Seigneur, il ne passe les limites qu'on lui a marquées, et qu'un grand nombre d'entre eux ne périsse.

52. Que les prêtres aussi qui s'approchent du Seigneur se sanctifient, de peur qu'il ne les frappe de mort.

53. Moïse répondit au Seigneur : Le peuple ne pourra monter sur la montagne de Sinai, et il n'aura pas la hardiesse de le faire, parce que vous m'avez fait vous-même ce commandement très-express, en me disant : Mettez les limites autour de la montagne, et sanctifiez le peuple.

54. Le Seigneur lui dit : Allez cependant, descendez vers lui pour lui révéler mes défenses : vous montrerez ensuite vous et Aaron avec vous ; mais que les prêtres et le peuple ne passent point les limites, et qu'ils ne montent point où est le Seigneur, de peur qu'ils ne les fasse mourir.

55. Moïse descendit donc vers le peuple et lui rapporta tout ce que Dieu lui avait dit.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — *MENSE TERTIO EGRESSIONIS ISRAEL DE TERRA ÆGYPTI, IN DIE HAC VENERUNT IN SOLITUDINEM SINAI.* — *In die hâc, id est, in die eadem, sive ejusdem numeri cum mense tertio, puta tertîâ die mensis tertii. Tè enim hâc die usurpavit pro eadem, variis exem-*

plis docet Franc. Ribera lib. 5 de Templo, cap. 7, et ita hoc loco accipiendum esse patebit v. 41. Quare non recet Patres aliqui putant Hebræos venisse in Sina die primâ mensis tertii, uti docet ostendit Bel-larm. lib. 5 de Cultu Sanctor. c. 13.